

7

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS
BENEDICTI XIV.
PONTIFICIS MAXIMI
C O N S T I T U T I O
SUPER JURISDICTIONE ET FACULTATIBUS
CAPELLANI MAJORIS
REGNI NEAPOLITANI.



N E A P O L I M. DCC. XLI.

Ex Typographia Francisci Ricciardi Typographi Regii Palatii,

THE INSTITUTE OF THE BIBLE

THE LIBRARY OF THE BIBLE

ANNUAL REPORT

OUTLINE

CHURCHES AND MISSIONS

EDUCATIONAL WORK

ADMISSIONS

THE LIBRARY

THE BIBLIOGRAPHY

THE BIBLICAL STUDIES

THE BIBLICAL LIBRARY

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.



Onvenit providæ Apostolicæ Sedis benignitati facilem se , & liberalem ostendere in gratiis , & favoribus elargiendis Christianis Principibus , qui ex præclaris majorum suorum meritis , & suarum virtutum ornamentiis , pietate erga Deum , devotione , & obsec-
quio erga hanc Sanctam Sedem in conspectu omnium splendere noscuntur , piisque eorum votis libenter annuere , quæ ad Dei gloriam , & quietem , ac tranquillitatem sacerdotum ministrorum procurandam conducunt , eorum præsertim , qui sacro suarum Capellarum servitio adscripti in Regiis Aulis versantur , ut Christi fidelibus ibidem commorantibus , vel inferuentibus Sacrosanctæ Ecclesiæ Sacra menta administrent , eosque verbo , & exemplo ad pietatem , & religionem instruant , atque informent .

Sane dilectus Filius noster Trojanus tituli S. Cæciliæ S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Acquaviva nuncupatus pro parte carissimi in Christo Filii nostri Caroli Siciliæ , & Hierusalem cum tota terra citra Pharum Regis Illustris , & Hispaniarum Infantis Nobis nuper exposuit , quod a tempore , cujus memoria non exstat , ad Capellæ Regiæ Capellanum Majorem in toto Regno Neapolitano

litano pro tempore existentem non solum cura spiritualis Regiae familie, consanguineorum, affinum, ac omnium personarum in Curia, seu Aula Neapolitana existente commorantium, ipsamque Curiam sequentium pertinet; sed & in quibusvis Civitatibus, Oppidis, & locis, in quibus Rex pro tempore existens, Regiaeque familia residere congerit continue, vel ad tempus, curam animarum familie Regiae, omniumque, & singularum personarum tam ex propriis Regnis, & Dominiis originem habentium, quam extraneorum cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, & præminentiae existentium, tam Ecclesiasticorum, quam sæcularium, (Archiepiscopis & Episcopis exceptis,) & insuper omnium militum, & Officialium, aliarumque personarum cujuscumque ordinis & gradus in castris, arcibus, seu fortalitiis, exercitibus, nec non in triremibus, navibus, ratibus, aliisque hujusmodi maritimis lignis Regio famulatui inventium & militantium, exercere, earumque Reator in spiritualibus nuncupari, easque corrigeret, & visitare, ac in easdem omnimodam jurisdictionem ordinariam, omnia & singula alia, quæ Archiepiscopi & Episcopi, ac alii locorum Ordinarii in Diocesibus suis de jure vel consuetudine, aut alias quomodo libet facere, & exercere consueverunt, idem Capellanus in prænominatas personas non solum in Regia Capella, & Palatio, sed in omnibus aliis suprannominatis ac designatis locis exercere, vel per se, vel per alios Ministros, & Capellanos a se deputatus solet.

Cum autem ex hujusmodi facultatum usu, & exercitio plura dubia, quæstiones, & dissidia inter Archiepiscopos, & Episcopos Regni Neapolitani, & prædictum Capellatum Majorem exorta fuerint,

quæ

quæ adhuc vigentes & graviora in diem non sine fidelium scandalum timeri possunt, nomine prædicti Caroli Regis pro eximia sua pietate hujusmodi malo congrua adhibere remedia cupientis supplicavit, ut omnes & singulas facultates, jura, & prærogativas in quascumque personæ, & in quibusvis lexis, Capellano Majori totius Regni Neapolitani pro tempore existenti ex antiqua & immemorabili consuetudine, vel etiam ex indulto, & privilegio Sedis Apostolicæ, vel alia quacumque ratione competentes, nostræ confirmationis robore communire, easque nominatim, & expresse designare, earumque terminos, & limites præscribere, & definire, & quatenus opus sit, de novo rursus concedere, & elargiri dignaremur, atque alias salubriter providere ad tollendas omnes controversias, & dissensiones abolendas, prout in Dominio conspicimus expedire.

Nos, qui de præmissis omnibus sufficienter instructi sumus, supplicationibus prædicti Caroli Regis humiliter Nobis a prædicto Cardinale de Acquaviva porrectis inclinati, & laudabili ejus desiderio, & commendabili pro pace, & concordia inter sacros ministros retinenda, sive vandaque studio satisfacere volentes, eumque gratiis, & favoribus prosequi singularibus cupientes, etiam omnium disputationum, & iuriorum causas prorsus eliminare, ac periculis, quæ exinde fidelium animabus imminere possunt, opportune occurtere; & præterea dirigen tes considerationis nostræ intuitum ad personam Venerabilis Fratris nostri Cœlestini Archiepiscopi Thessalonicensis moderni Capellani Majoris in toto Regno Neapolitano, ejusque successorum, quos a prævida dicti Caroli Regis, & Hispaniarum Infantis, suorumque in prædicto Regno successorum vi-

gilantia ; & prudentia ei non absimiles electum iri minime dubitamus , in ejus , eorumque probitate , zeloque Divini cultus , & in rebus Ecclesiasticis perfracta ac scientia , recte ac prudenter hujusmodi facultatibus , Indultis , Privilegiis , Gratiis , & Concessionebus ad decorum domus Dei , & animarum facultatem usuros esse , minimeque in subversionem Ecclesiasticae disciplinæ , & perturbationem Episcopalis jurisdictionis abusuros , certo eonfidimus , & in Domino obsecramus . Propterea abrogatis in futurum , & penitus submotis quibuscumque , quæ contra & præter præsentium tenorem hactenus quomodolibet observata , vel prætensa fuerunt , ex certa scientia , & matura deliberatione nostra , de que Apostolicæ potestatis plenitudine , exhibito etiam nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio , tenore præsentium volumus , & decernimus .

- I. Ut Regia Capella in Regali Palatio Neapoli existens omnia & singula jura , & prærogativas , excepto tamen jure asyli , quibus publicæ Ecclesiæ fruuntur , habeat , ac potiatur , in eaque liceat Divina Officia , horasque Canonicas ad Breviarii ac Missalis Romani regulam , & formam , Romanumque morem , & usum recitare , & Missas per unam horam ante auroram , & unam post meridiem celebrare , seu recitari , & celebrari facere ; in eaque Sacram Eucharistiam in Sacra Custodia , seu Tabernaculo decenter , & cum debito honore , & veneratione retinere ; illamque pro gratiarum actione , vel ad Divinam opem implorandam , vel pro alia quacumque necessaria causa , & in Festo Corporis Christi , & per totam ejus octavam publicæ fidelium venerationi exponere , & in uno ejusdem octavæ die circum eamdem Capellam processionauerit

liter deferre ; in quinta autem , & sexta Feria mar-
joris hebdomadæ Sacrum , Domini Nostri Corpus ;
in Sacra Custodia , seu urna reponere , & pro Rei
Iigioso Ecclesiæ more monumentum , sepulturam
que ejusdem Christi Domini , Luminibus adhibitis ,
repræsentare . Priuitera non solum in eadem Re-
gia Capella , sed in omnibus Capellis Castrorum , seu
Fortalitorum Sacra Olea , & tempore navigatio-
nis Oleum extremæ Unctionis in Regiis triremis
bus , & navibus bellicis congruo honore , & revera
rentia servare , & custodire .

II. Insuper ut dictus Carolus Rex , ejusque in Re-
gno Neapolitanæ Successores facultatem habeant no-
minandi , & eligendi Sacerdotem Sæcularem , vel
Regularem ab Episcopo suo approbatum , & in
Romana Ecclesiæ communione viventem , qui mu-
nere Capellani Majoris in toto Regno Neapolitan-
o fungi , & pro majore officii sui decore , habi-
tu , seu veste Prælatitia , quam in Romana Curia
Prælati , sive Regulares , sive Sæculares gestare fo-
lent , pro sua conditione ac statu uti , absque tam
men gestatione Crucis in pectore more Episcopos
rum , nisi sit in eadem Episcopali dignitate con-
stitutus , possit ; & insuper ab omni ordinaria ju-
risdictione exemptus , dumtaxat Nobis & Sedi Apos-
tolicæ immediate subjectus existat . Tum etiam
ut eidem Carolo Regi , ejusque in Regno Succes-
soribus , vel eorum Proregibus , vel per seiplos ,
vel per dictum Capellanum Majorem alios inferio-
res Capellanos , et Scholares eligere , et deputare
liceat pro servitio tam Regiæ Capellæ , quam pro
indigentia Hospitalium , Militum , et Classiario-
rum , Regionum castrorum , seu arcium , exerce-
tuum , triremium , navium , aliorumque hujusmo-
di Lignorum maritimorum actu , et revera Regi in-
ser-

Servientium ; dommodo tamen personæ eligendæ
 se de nullo crimine inquisitos esse , testimoniales
 literas suorum respective Ordinariorum , ac Supe-
 riorum exhibeant . Hujusmodi vero omnes Cleri-
 ci , et Sacerdotes Regio servitio adscripti , eo du-
 rante , a Locorum Ordinariorum jurisdictione pror-
 fus exempti , solum præfato Capellano Majori
 subjecti sint , quemadmodum per præsentes exem-
 pts , et respective subjectos esse declaramus . Ita-
 que idem Capellanus Major omnes , et singulas
 controversias , lites et caussas tam civiles , quam
 criminales , seu mixtas , atque etiam beneficiales ,
 exceptis tamen caussis hæresis , cum omnes cauf-
 sas excipimus a Sacris Canonibus , et Apostolicis
 Constitutionibus Summo Pontifici prædictive refer-
 vatas , contra dictos Capellanos , Clericos , et
 Scholares dictæ Capellæ in ea actu servientes ,
 nec non in dictis Castris , Arcibus , seu Fortali-
 tiis , aliisque locis constitutos Clericos , et Capel-
 lanos ibidem et actu inservientes , extra tamen Ro-
 manam Curiam , motas , vel movendas , tam in pri-
 ma , quam in secunda , et tertia instantia audire ,
 cognoscere , fineque debito , omni appellatione re-
 mota , pro justitia terminara possit ; ita tamen
 ut a dicto Carolo Rege , bejusque in Regno Suc-
 cessoribus loco Ordinarii Assessoris alii novi Con-
 sultores tam in secunda , quam in tertia instan-
 tia , singuli in singulis eo modo , qui nunc ser-
 vari solet , nisi gravitas caussæ plures in quali-
 bet instantia eligendos exigat , destinentur : et
 quicumque Locorum Ordinarii , aut alii Judices nec
 eidem Majori Capellano inhibere , nec in præ-
 dictos inferiores Capellanos , Clericos et Schola-
 res in eadem Capella actu servientes , ac alios in
 eisdem Fortalitiis constitutos , et constituendos ,

& ibi

et ibi residentes ; et actu inservientes Capellanos , et Clericos, tanquam ab illorum jurisdictione prorsus exemptos , et totaliter liberatos , et dicto Capellano Majori dumtaxat immediate subjectos , ullam penitus superioritatem , dominium , et jurisdictionem predictis respectibus exercere , aut se de illis quomodolibet intromittere valeant ; sed predicti Capellani , Scholares , et aliæ personæ Ecclesiastice ejusdem Capellæ , et Fortalitionum , exercituum , triremium , et locorum hujusmodi coram eodem Capellano Majori , seu ab eo Subdelegato Judice dumtaxat in omnibus caussis tam motis , quam moyendis extra Romanam Curiam de justitia respondere teneantur .

III. Ad hoc vero , ut præfatorum exemptorum numerus in immensum , & plus quam oportet , non augeatur , & nimium præjudicium inferatur jurisdictioni Ordinariorum , eidem Capellano majori vigore suarum facultatum non liceat alios Clericos , & Capellanos designare , & deputare , nisi eos , qui actuall servitio Ecclesiarum , Exercituum , Regiarumque navium necessarii sunt ; qui in Castris , seu Fortalitiis totius Regni , ejusque pertinentiis duo , aut tres in unoquoque Castro , seu Fortalito esse debeant . In Exercitibus autem , Triremibus , Navibus , aliisque Lignis maritimis , que Regi actu inserviunt , itemque in Hospitalibus militum , & Classiariorum illi solum , qui non modo actu inserviunt , sed etiam stipendia a Rege percipiunt . In Capella autem Regia , & in Castris , seu Fortalitiis in Civitate Neapolitana existentibus solum Capellani , Scholares , & Clerici , qui actu serviunt ; ita tamen , ut Scholarium numerus actu Regiae Capellæ inservientium ultra decem , & Ecclesiæ Parochiaki S. Sebastiani ultra quartuor

tuor non egrediatur ; omnium autem aliorum Capellanorum , & Clericorum , comprehensis etiam Capellanis honorariis , numerum nonaginta , ita ut omnes Capellani , Scholares , & Clerici Regiae Capellae servitio addicti , Castrorum , seu Fortalitorum Urbis Neapolitanæ , ejusque adjacentium , connumeratis etiam Capellanis honorariis , centum numerum non excedant : præter quem numerum si eidem Carolo Regi , ejusque Successoribus alias addere necessarium visum fuerit , id speciali dumtaxat ipsius Regis rescripto fiat , in cuius pietate , eorumque Successorum certam fiduciam habemus , si opus fuerit , feligendos fore probos Ecclesiasticos viros , literas testimoniales suorum respective Ordinationum , ut præfertur , habentes , qui morum præbitate aliis ædificationi esse possint , & eo tantum numero , qui ad Divinum cultum promovendum , & ad inserviendum Regiae devotioni , & pietati necessarius omnino , & conveniens reputabitur ; & ulterius cujuslibet additorum nota Curiæ Archiepiscopali eam requirenti per Capellatum Majorem statim , ac sine ulla mora , & dilatione tradatur .

IV. Præterea volumus , & constituimus , quod ad eundem Capellatum Majorem pro tempore existentem pertineat directio , & superintendentia circa celebrationem Divinorum Officiorum , aliarumque Ecclesiasticarum functionum , quæ in eadem Regia Capella peragi consueverunt , & tam in ipsa , quam in Ecclesia Sancti Sebastiani , sita in Arce , seu Castronovo , etiamsi Episcopali dignitate non sit insignitus , nitra , anulo , & baculo pastorali , ac aliis Pontificalibus insigniis hujusmodi uti , nec non solemnem benedictionem post missaram , vesperarum , matutinorum , & aliorum Divinorum

rum Officiorum solemnia super populum tunc interessentem impertiri , & ducentorum dierum , si praesens Rex aut Regina fuerit , fratre Prorex , centum dierum de iunctis sibi , aut quomodo libet debitibus pœnitentijs indulgentiam , & remissionem ab omnibus fidelibus ibi præsentibus vere contritis & confessis consequendam auctoritate Apostolica concedere , & publicare possit : In aliis vero Ecclesiis , nisi coram Riege , aut Regina , aut Prorege , & dommedo Episcopus loci in eadem Ecclesia præsens non adfit , qui per se ipsum ea peragere desideret , ac velit , & insuper in Cathedralibus , & Metropolitanis , nisi ab Ordinario licentia obtenta , Pontificalia exercere nequeat .

V. Liceat autem eidem Capellano in quibuscumque Collegiatis , Parochialibus , & aliis inferioribus Ecclesiis Secularibus , & quorumvis Ordinum Regularibus , etiam Monialium in eodem Regno constitutis , non autem in Ecclesiis Cathedralibus seu Metropolitanis , nisi de expressa suorum Ordinariorum licentia , ad quas eundem Regem , vel Reginam , aut Proregem pro tempore existentem devotionis , aut alia ex causa declinare contigerit , per se , aut alios Capellanos cum Scholazibus , & Capellaz predictæ Ministris Divina Officia , & Missæ taceas privatas , quam solemnies celebbrare , aut celebrari facere .

VI. Quotiescumque vero in eadem Regia Capella , & Ecclesia Parochiali Sancti Sebastiani , in aliis autem Ecclesiis cum Rex , aut Regina , aut Prorex præsentes aderunt , & Episcopus Loci in eadem Ecclesia præsens non repetiatur , verbum Dei annunciare opus fuerit , in ejus arbitrio sit , quemcumque velit , & idoneum censuerit , Evangelii Concionationem accersire sive Seculariem , sive Regula-

golare , dummodo si ab hujusmodi prædicatio-
nis officio , si Secularis sit , a suo Ordinario , & abi-
Episcopo Loci , si vero Regulatis , a suo Superiore Re-
gulari suspensus , & interdictus non fuerit ; sed in
Ecclesiis , & Capellis ejus jurisdictioni subjectis ,
in quibus Rex aut Reginae presentes non aderent ;
idem Capellanus Major Concionatorem eligat , qui
tamen alias per Episcopum , si Secularis fuerit , si
vero Regularis , etiam per ejus Superiorem Regula-
rem ad verbum Dei prædicandum approbatus sit ,
ac licentiam , vel benedictionem juxta Concilii Tri-
dentini decreta ab ipso Ordinario obtinere tenetur .

VII. Si vero Capellanus Major sit in Episcopali ,
seu Archiepiscopali Dignitate constitutus , prædictis
Scholaribus Regiae Capellæ , & Ecclesiæ Parochia-
lis Sancti Sebastiani dumtaxat conferre primam
tonsuram , ac deinceps ad omnes Ordines minores ,
atque etiam ad Ordines majores seu Sacros juxta Sa-
cerorum Canonum præscriptas & Apostolicarum Con-
stitutionum regulas promovere ; sin minus , datis
literis testimonialibus super eorum ætate , vita ,
& moribus , titulo ordinationis , & idoneitate
scientiæ , eos remittere ad proprios Ordinarios ubi
ipsis promovendos : Si autem non sint Episcopi ,
aut ordinationes non habeant , a quocumque alio
Episcopo in Regno Neapolitano existente , dum-
modo non sit Episcopus Titularis , & prænomi-
nati Scholares habeant omnes , & singulas qua-
litates Clericis promovendis in Regno Neapolitanô
præscriptas in novissimis Concordatis inter Sedem
Apostolicam , & dictum Carolum Regem , & in-
super in supradicta Regia Capella aut Ecclesiæ
Parochiali Sancti Sebastiani per triennium conti-
nuum actu inservierint : præterea per se , aut alios
a se

a se députatos ejusdem Regiae Capellæ Capellanos, Scholares, & Clericos, qui propter violentam manuum injectionem in alios Clericos, citra tamen membrorum mutilationem, aut enormem læsiōnem, sententiam excommunicationis incurrerint, & hujusmodi sententia ligati Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, irregularitatem aliquam contraxerint, ab eadem sententia excommunicationis, injuncta eis pro modo culpæ aliqua pœnitentia salutari in forma Ecclesiæ consueta, absolvere, & super irregularitate prædicta dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiae maculam, sive notam personæ propterea contractam abolere libere, ac licite possit, & valeat, & respective possint & valeant.

VIII. Insuper ut idem Capellanus Major pro tempore existens Regum, Reginarum, ac Filiorum, & singulorum utriusque sexus ipsorum Familiarium, ubicumque Rex, aut Regia Curia, seu Aula fuerit, etiam ruri recreationis caussa, qui eis actu inservientes sint, & eorum impensis, uti familiæres continui commensales, viventes, & aliorum omnium, qui in Regio Palatio, & viridario, & in navalí, seu interiori portus parte, vulgo Darsena, & in Castris, seu Fortalitiis clausis Neapolitanæ Civitatis, ejusque adjacentiis, nempe in castro novo, in castro ovi, & in castris S. Herami, Bajæ, & Hischiæ, & in omnibus aliis locis supra nominatis ejusdem Capellani jurisdictioni subjectis morantur, & degunt, donec, & quousque in iisdem locis commorenatur, animarum curam gerat aequè, ac si eorum Rector, & proprius Parochus existeret, & per se, vel alium, seu alios Presbiteros Sæculares, vel quorumvis Ordinum Regularis de Superiorum suorum licentia, prævio tamen

examine ab eodem Capellano Majori approbando, & salva Regi, & Reginæ facultate eligendi sibi proprium Confessarium arbitrio suo ex Presbyteris ab eodem Capellano Majori approbatis, supradictorum omnium confessiones audire, eisque Sacra menta administrare etiam in mortis articulo; & tempore interdicti eorum corpora Ecclesiastice tradere sepulturæ, dummodo ipsi caussam interdicto non dede- sint, neque per eos steterit, quò minus interdicto parearur.

IX. Matrimonii etiam celebrandis, factis tamen prius denunciationibus, seu proclamationibus a Con cilio Tridentino requisitis, si uterque contrahens in locis præsignatis habitent, & morentur; Si ve ro mulier ibi domicilium non habuerit, denuncia tiones, seu proclamations pro parte mulieris fiant, & matrimonium celebretur in Parochiali Ecclesia, intra cujus fines ipsa mulier commoratur; si autem aliqui ex prædictis Exteri fuerint, capta prius per loci Ordinarium informatione, ac ab eodem de creto gratis obtento, quod inter eos licetè mar ri monium celebrari valeat, similiter idem Capella nus Major, vel alius, seu alii ab eo deputandi, nulla alterius Parochi licentia requisita, sole mni ter interesse: insuper filios infantes in iisdem locis natos, necnon Judæos, seu Turcas, suffi cienter tamen prius cathechizatos, quos in eorum dem Regum præsentia ex quavis causa baptizari oportuerit, aut predicti Reges tenere, seu susci pere voluerint, baptizare; ita tamen, ut baptizi zatorum, Parentumque, ac Compatrium, & Comma trum, necnon Matrimonio simul junctorum nomina describantur in libro, quem idem Cappellanu s Major, vel quisque Capellanus curatus in singulis prædictis locis habere, & penes se retinere de beat.

beat , ex quo ad omnem Ordinariorum locorum , & partium requisitionem fides , seu attestations in forma solita tradantur .

X. Capellanos , & Presbyteros juxta numerum , ac modum supra stabilitum , ad audiendas Confessiones pro militaribus copiis tam Regis propriis , quam auxiliaribus , tam in Regno utriusque Sicilie , quam extra , ubicumque ab eis iterfaciendum , vel morandum esse contigerit , tum etiam pro servitio triremium , & Regiarum navium , et personarum in eis existentium deputatos , prævio examine , cæterisque servari solitis , approbare , et omnia Parochialia Sacra menta existentibus militibus in actuali itinere , et expeditione contra hostes per eosdem administrari facere . Si autem milites in stationibus sint , præfati Capellani exhibere teneantur literas patentes ejusdem Capellani Majoris super eorum approbatione locorum Ordinariis , seu eorum Vicariis Generibus , si præsentes adsint ; si vero absentes , Parochis , in quorum Parochiis castra , seu stationes militum prædictorum positæ sunt , a quibus licentia parochialia munera peragendi impertiri , et nullatenus , iisdem literis inspectis , denegari possit : Matrimonia autem coram Parocco locum interventu Capellani militum celebrentur , & quoad alia omnia Sacra menta , & functiones parochiales peragantur a Parochis locorum , dummodo vocati interesse non recusent ; Si autem adesse noluerint , liceat Capellano militum easdem functiones obire cum dimidia parte emolumentorum , quæ de jure integra ad Parochum loci spectarent ; eademque omnia pro militibus stationariis præscripta , quoad milites in castris , seu Fortalitiis Regni non clausis existentes , & pro-

primum Parochum non habentes, omnino seruen-
tur.

XI. Eisdem autem milites, ac Officiales, tempo-
re tamen actualis expeditionis dumtaxat belli actu-
existentis contra hostes, a criminis hæresis, apo-
stasie a fide vel per se, vel per alios absolve-
re, ea camen lege & conditione, ut hujusmodi
facultas in Italia, ejusque Insulis adjacentibus
quoad eos dumtaxat locum habere debeat, qui-
nati sunt in locis, ubi hæresis impunè gra-
satur, nec unquam errores judicialiter abjurave-
rintur, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reconciliati
fuerint.

XII. Omnibus insuper personis utriusque sexus in
militaribus copiis existentibus, dum actualis
expeditio contra hostes habetur, tam quadragesi-
malibus, quam aliis anni temporibus, & die-
bus, quibus efas carnium, ovorum, casei, buty-
ri, & aliorum lacticiniorum est prohibitus, en-
dem ovis, caseo, butyro, & aliis lacticiniis, at-
que etiam carnis, excepta tamem quoad carnes
hebdomada Sancta, & omnibus diebus Veneris,
& Sabbati totius anni, & servata forma jejunii,
quatenus pro locorum, temporum, & personarum
conditione fieri potest, præscripta in nostris lite-
ris novissimè editis sub dictum Romæ die xxx. Maii
MDCCXLI., utendi, & vescendi licentiam im-
pendere.

XIII. Insuper triremibus, & navibus pro Regis-
ula ac servitio noviter constructis, tum etiam
vexillis, aliisque rebus hujusmodi ad militiam
spectantibus benedictionem in forma Ecclesiæ so-
lita impetriri.

XIV. Et dñnum omnibus suprannominatis personis
utriusque sexus ejusdem Capellani Majoris curæ
in

in spiritualibus commissis ab observatione diei festi , si aliquod urgens opus in superdesignatis locis , ne tempe in Regia Aula , & Palatio , in Castellis clausis Civitatis Neopolitanæ , in Navalib , seu interiori Portus parte vulgo Darsena , in hospitalibus clauisiorum , & militum , aliisque hujusmodi facere necesse fuerit , dispensationem , cum obligatione tamen audiendi Missam , & aliquid aliud pium opus , quoad tempus , & occupatio , & personarum conditio sinet , obeundi , concedere : Illos insuper per se vel per alios Ecclesiasticos Vires probos , & prudentes visitare , & corriger , atque in eisdem omnimodam jurisdictionem ordinariam , atque omnia alia , quæ pro bona animarum curæ directione Archiepiscopi , & Episcopi ; ac alii locorum Ordinarii in suis respective Dioecesibus facere consoeverunt , sis dumtaxat exceptis , quæ ad exercitum Ordinis Episcopalis pertinent , quæ in Regia Aula tantum , ubi Rex , & Regina , seu Prorex totius Regni moratur , & in Ecclesia Parochiali Sancti Sebastiani ab eo ; si sit Episcopus , peragi posse voluntus , & constitutimus , libere facere , & exercere ; insidemque omnibus , & singulis a quibuscunque eorum peccatis , criminibus , excessibus & delictis quantumvis gravibus , & enormibus , etiam Episcopis , & locorum Ordinariis reservatis , de quibus ore confessi , & corde contriti fuerint , salutari poenitentia pro modo , & gravitate culpæ imposta debitam absolutionem vel per se , vel per alios impendere , & elargiri liberè , ac licetè possit , & valeat , auctoritate Apostolica , scientia , & potestate praedicta concedamus , & indulgemus .

XV. Decernentes præsentes literas , & in eis contenta

tenta quæcumque nullo umquam tempore de sub-
reptionis , aut obreptionis , aut nullitatis vitio ,
seu intentionis nostræ , vel alio quovis etiam quan-
tumvis magno & inexcogitato , & substantiali defe-
ctu , etiam ex eo quod super præmissis solemnitates ,
& alia quævis servanda , & adimplenda servata &
adimpleta minime fuerint , aut ex alio quolibet ca-
pite a jure , vel facto , aut statuto , vel consue-
tuadine aliqua resultante , aut quocumque alio co-
lore , vel causa etiam tali , quæ ad effectum va-
liditatis prædictorum specialiter exprimenda foret ,
notari , impugnari , aut in jus , vel in contro-
versiam revocari , aut ad terminos juris reduci ,
vel adversus illas restitutionis in integrum , ape-
ritionis oris , aut aliud quocumque juris , gra-
tiæ , & justitiæ remedium impetrari non posse ;
sed illas semper , & perpetuo validas , & effica-
ces existere , suoque plenarios , & integros effe-
ctus sortiri , ac perpetuò observari : Sicque , &
non aliter per quoscumque Judices quavis auctorita-
tate fungentes , etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinales , & causarum Palatii Apostolici Audi-
tores , sublata eis , & eorum cuilibet quavis ali-
ter judicandi , interpretandi , & definiendi fa-
culty , & auctoritate , ubique , & in quacum-
que instantia , interpretari , judicari , & definiri
debere , irritum quoque , & inane quidquid secus
super his a quocumque quavis auctoritate scien-
ter , vel ignoranter contigerit attentari . Non ob-
stantibus quibusvis Apostolicis , necnon in Provin-
cialibus , vel Generalibus Conciliis editis constitu-
tionibus , & ordinationibus , necnec quibusvis Ec-
clesiarum , & Monasteriorum , & Ordinuni quo-
rumlibet , atque etiam dictæ Ecclesiæ Neapolitanæ , juramento , confirmatione Apostolica , vel
qua-

quavis firmitate alie reboratis, statutis, consuetudinibus, Privilegijs quoque & indultis, & literis Apostolicis contra praemissa quomodolibet editis, concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, corumque totis tenoribus, specialis mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia singularis forma ad hoc servanda foret, illorum omnia, & singulorum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum, nil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, praesentibus inserti forent, pro plenè & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie ad effectum praemissorum scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus, & declaramus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus denique, mandamus, & decernimus, quod tam ipse Capellanus Major, quam alii supradicti de cætero nullis aliis, præter quam supra expressis facultatibus, privilegiis, gratiis, & indultis, & quoad personas, res, loca & casus supra expressos dumtaxat respectivè uti valeant, nec etiam aliam ipse Capellanus Major, quam supra expressam jurisdictionem, & superioritatem in Ecclesiis, & Capellis, ac personis hujusmodi habere, exercere, vel vindicare, aut prætendere, etiam vigore extensionis, seu comprehensionis, seu etiam rationis Majoritatis, aut sub praetextu cuiuscumque privilegii, aut indulti praesertim Leonis X., aut quorumcumque aliorum Prædecessorum nostrorum, seu Regalizæ, aut possessionis etiam immemorabilis, & tituli ex ea resultantis, scientia, patientia, & tolerantia quo-
rum-

rumcumque Superiorum , & Ordinariorum , etiam Sedis Apostolicæ , roboretæ , nequam possit . Nos enim quascumque alias facultates , exemptiones , privilegia , gratias , & indulta per quoscumque Romanos Pontifices , & præsertim Leonem prædictum , Prædecessores nostros , ac Sedem Apostolicam Capellæ Regie Capellano Majori , aliisque suprascriptis personis hactenus concessa , literasque Apostolicas etiam in forma Brevis , aut sub plumbo , aut alias quomodolibet , & quibusvis clausulis , & conditionibus desuper expeditas , motu proprio , scientia , & potestatis plenitudine paribus perpetuò revocamus , annulamus , cassamus , & abolemus , ac revocata , annullata , cassa , & abolita esse declaramus , et quamicumque quasi possessionem etiam immemorabilem , et centenariam et ultra improbamus ; ita ut nunquam in judicio , aut extra allegari , aut ad effectum aliquem eis suffragari possint : Salvis tamen omnibus juribus , prærogativis , privilegiis , et facultatibus in Scholaris , Lectores , aliasque personas Regiae Universitatis Studiorum Neapoli existentis , tum etiam quoad causas , & personas , Rectores , seu Possessores nonnullorum Beneficiorum , & Ecclesiarum , vel iisdem Ecclesiis inservientes , quæ ad nominationem , seu præsentationem , aut jus patronatus Regium spectant , ab immemorabili tempore eidem Capellano Majori , ut afferitur , competentibus , quæ per præsentes neque approbare , neque eis ullatenus derogare intendimus .

Cæterum quia difficile foret , præsentes nostras literas ad singula loca , ubi fortasse opus erit , deferri , volumus , ut earam exemplis etiam impressis , manu tamen publici Notarii subscriptis , & prædicti Capellani Majoris sigillo munitis eadem pror-